



**Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta  
Ta Hellēnisti Heuriskomena**

Origenes

**Coloniæ, 1685**

Sectio secunda, continens, quidquid Origenismi caussa actum est à  
Theophili dissidio cum Ægyptiis monachis & Johanne Chysostomo, ad  
tempora Synodi Chalcedonensis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79842](#)

ad Ctesiph. cap. 2. Et Augustinus liber. 2. de peccat. origin. adv. Pelag. & Cælest. refert in iudicio Episcopali Carthaginæ habitu, quærenti Paulino Diacono Presbyterorum nomina, à quibus pestilentem suam doctrinam Cælestius accepisset, respondit Cælestium : *Sanctus Presbyter Rufinus, Rome qui mansit cum sancto Pamphilio, Ego audi willum dicentem quia tradux peccationis sit.* Idcirco Origeniam nominis invidiam in se conversam sentiens Pelagius, cum apud Innocentium Papam se purgaret, in Libello fidei præcipios Origenis errores proterere se simulavit. Porro ut Origeniam hæresi Pelagiana, hec

*Nestorianas successit Pelagianas,*

inquit Prosper in Epitaphio Nestorianæ & Pelagianæ hærefoen. Sed quoniam præter institutum nostrum est illarum historia, & aliorum laboribus jam satis illustrata, ad sequentia properamus.

XIV. Obtritus plane ac pessundatus in Occidente videbatur Origenismus, cum ecce A<sup>B</sup>viti duo Hispani, Romanus alter, alter Hierosolymam profecti, in patriam post redditum merces Origenianas intulerunt. Horum alter (is, ni fallor, qui Hierosolymam contendenter, quemque adiisse Hieronymum in Palæstina degentem verisimile est) ab Hieronymo postulaverat, ut Origenis libros *et ceteros* sincere & fideliciter convertos ad eum mitteret; quod cum facile impetrasset, cavendosque errores per epistolam Hieronymus præmonstrasset, iis tamen implicari se & illud pauplum est; ac alterum quoque A<sup>C</sup>vitum in easdem opinaciones pertraxit. Patriæ consilens Paulus Orosius, quam hæc, atque aliae item hæreses pervadebant, Augustini opem oblate ipsi Commonitorio imploravit. Scripto statim ad Orofium Commentario adversus Præscillianistas & Origenistas, hæresin utramque Hispaniam infestantem proculavit Augustinus; & in eximio præterea de Civitate Dei opere, quod tunc elaborabat, ut & in aliis quoque scriptoribus, cum Origenisti prælatus est. Quæstionem unam, quæ est de origine animalium, definire non ausus, Orosium in Palæstinam misit ad Hieronymum, quem disceptationis hujus arbitrum esse voluit. Manifestum itaque ex eo est, merito inter supposititia & Augustino perperam aucticripta rejici libellum de Deitate & Incarnatione ad Januarium, qui habetur in Appendice quarti Tomi: quippe qui Origenianis fere panis consutus & consarcinatus est.

Circiter idem tempus Semipelagianæ hæresi robur Johannes Cassianus in Galliis conciliabat ex Origenis scriptoribus, cuius è contrario nomen Vincentius Lirinensis ibidem traducebat: in Commonitorio siquidem priore adv. Hæres. cap. 23. dum ostendere conatur D<sup>D</sup>errorem Origenis Ecclesiæ Dei offendit, postquam præclaras illius dotes multis dilaudavit: *Eo, inquit, res decidit, ut tantæ persone, tanti Doctoris, tanti Prophetæ non humana aliquæ, sed ut exitus docuit, nimium periculo a tentatio plurimos a fidei integritate deducere.* Quam obrem hic idem Origenes tantus ac talis, dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingento suo nimium indulget, sibique satis credit, cum parvi pendit antiquam Christianæ religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere presumit, dum Ecclesiasticas traditiones, & Veterum magisteria contemnens quedam Scripturarum capitula novo more interpretatur, meruit ut de se quoq. Ecclesia Dei diceretur: *Si surrexerit in medio tui Propheta;* & paulo post: *Non audies, inquit, verba Prophetæ illius.* Vere non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, deditam sibi atque insependentem Ecclesiam admiratione ingenii, scientie, eloquentie, conversationis & gratiae, nihil de se suspicantem, nihil verentem, subito à veteri religione in novam profanitatem sensim, paulatimque traducere. Tum Lectores monet, etiam si corrupti sint libri Origenis, quod non difficitur, sub eius tamén nomine venditari, & ad insinuandos errores tantum nomen valere posse. Ita renalentis Origenismi propagines in Occidente elise sunt. Sed & iterum ibidem, iterumque sunt contutæ, ut in sequenti Sectione ostendemus.

## SECTIO SECUNDA.

I. Theophilus Alexandrinus Monachos quosdam Nitrienses vexat, II. Officiale ipsius Origenistæ una infectatur. III. Aliæ dissidiij hujus cause proferuntur. Syndicus Alexandrina Origenistas damnat, quos Theophilus ex Ægypto deturbat. IV. Et quum de his concertationibus Posthumianum judicium, V. Theophilum factum approbat Anastasius, Epiphanius, & Hieronymus. VI. Utris plus adhibendum in hac historia fidei, Palladio, Socrati, Sozomeno, Georgio Alexandrino, Anonymo vita Chrysostomi scriptori, & Symeonis Metaphrastæ, an Epiphanius, & Hieronymus, disquiritur. VII. Theophilus Synodicam Epistolam Paschales quatuor convertit Hieronymus. VIII. Quaritur, utri prius Constantinopolim profecti sint Origenisti, an Theophilus legati. IX. Origenisti benigne excipi-

## LIBER SECUNDUS.

209

Alexicunt *Johannes Chrysostomus*, & *Eudoxia*. X. *Synodus in Cypro ad-versus Origenem* flascogit *Epiphanius*. XI. *Theophilenses legati* & *Origenistae* apud Imperatorem mutuo se accusant. XII. *Epiphanius Constantinopolim appellat*, & *Chrysostomum male habet*. XIII. Altercatur cum *Eudoxia*, deinde *Cypnum repetens* sato concedit. XIV. *Rei gesta summa repetitur* ex *Polybio teste oculato*. XV. *Constantinopolum ad-venit Theophilus*, & *Concilium* bulum cogit ad *Quercum*. XVI. *Accusatur Chrysostomus* XVII. *Aetorum Pseudosynodia* ad *Quercum* habitæ fides exploratur. XVIII. *Crimine liberantur Nitrienses*, & in gratiam cum *Theophilo* redeunt. XIX. *Exaucloratur Chrysostomus*, & in exilio diem multo post obit. XX. In *Chrysostomi defuncti nomen* graffatur *Theophilus*, renidente *Isidoro Pelusiota*. XXI. *Chrysostomum prosequitur laudibus Synesius*, probris *Hieronymus*. XXII. *Origenianos libros lexitat Theophilus*: XXIII. *Diem claudet*: succedit *Cyrillus*, & a vinci iniicitias persequitur, sed ab *Isidoro* reprehensus factum mutat. Scribit ad-versus *Origenem Hammon Hadrianopolitanus*. XXIV. *Johannis Hierosolymitanus*, & *Hieronymi obitus*. Male audit *Origenis doctrina* in Oriente & Occidente: XXV. *Suos tamen fautores habet Philastrium, Theodoreum, Socratem, Sozomenum, Sidonium, Auctorem Prædestinati*, & *Eutychetem*.

C

I. **H**ÆC dum in Occidente gererentur, longe graviori tumultu Orientis Ecclesiæ Origenismus quatiebat. Cujus intermisam vitanda confusione historiam repeteremus. Postquam *Isidorus* ille, quem à *Theophilo* ad sedandas *Johanneum* inter, & *Epiphanius* ac *Hieronymum* controversias submissum diximus, *Alexandriam* regressus est, urgere *Theophilum* non destiterunt *Epiphanius* & *Hieronymus*, ut cum *Origenistis* marте aperto ipse quoque praliaretur. Detractabat ille pugnam, rogante præsertim *Epiphanio*, erga quem *Anthropomorphitarum* hæreſeos libis suspectum male affatus erat. Mox autem ut ad Ecclesiæ caſſiam privata oda accessere, flatim adversus *Origenis* aſſeelas classicum cecinit. Obscura certe est & implicata temporum illorum historia, quamque nonnisi à *Palladio*, *Socrate*, & *Sozomeno*, etatis hujus proximis petere possumus; quamvis prioris auctoritatem minuerit apertus *Origenismi* amor, alios aliarum hæreſeon ſtu. lium merita pâne exultatione fraudarit. Cur itaque *Origenistas* infestarent *Theophilus* caſſam hanc fuſile tradit *Socrates*. Quælitum in *Ægypto* non multo ante fuerat, Deusne corporeus eſſet, & humana formam gerens, an penitus incorporeus. Multi, ac simpliciores præfertim Monachi Deum humano habitu præditum fingebant, unde *Anthropomorphite*, ſive ut loquitur *Epiphanius Scholasticus* in *Tripartita Historia*, *Tripart. Humaniformiani* dicti sunt, plures contraria sententiam ſequabantur. Hos inter erat *Hif. libr.* Theophilus, qui cum opinionem suam in Epiftola quadam *Paſchali*, cuiusmodi Epiftolam <sup>10. cap. 7.</sup> de more quotannis ſcribebat, prodidifset, eaque ad *Ægyptios Ascetas* fuſiſſet perlata, ita exanduerunt illi, ut *Theophilum* ab Ecclesia expellendum ciferent. Scerinos Monachos reliquias sanctitatem præflantiores & doctrinam hanc repudiare ſe omnes Epiftolam præter unicum Abbatem *Paphnutium*, literis tradidit *Casianus*. E reliquis vero per *Ægyptum* sparsis Monachis plurimi manu facta advolant *Alexandriam*, & de interfiendo *Theophilo* cogitant. Ille ſtolidos homines altu tractavit, & ingruentes compescuit ambiguo hoc dicto: *Sic ego vos vidi, quæſi faciem Dei*, quo quondam *Iacob Elau* fratrem ſuum delinivit, ut eſt *Genel. 33. v. 10.* Placati illi upum id præterea poſtulant, ut damnaret *Origenis* libros, quorum nonnulli à Deo corpus abjudicabant: Ego vero, inquit, hominis istius lucubrations, & qui eas probat, averror. Atque hoc fine ſtetiſſet controverſia, niſi ſtatiſ nova de cauſa reruduiſſet.

F. Praerant *Ægyptiacis monasteriis* viri quatuor pietate nobiles, *Dioscorus*, *Ammianus*, *Eusebius*, & *Euthymius* germani fratreſ, ſtatura proceri, idcoque *Longi cognominati*: quod etiam cognomen habuisse ipsorum partiarium *Isidorum* conjicere licet ex iſto *Hieronymi* Epift. 61, ad *Pammach.*, capi. 15. Et tamen iſe *Hieronymus* cum pannoſaturba & ſordidatus gregibus, quid *Isidoro* ille fulmineo ausu eſt respondere? At ne forte ille non crederet, & oppri- meret coſperfaſia & mole corporis ſuſt, &c. Cum fratreſ illoſ percherat *Theophilus*, *Dioscorum Hermopoleos* conſtituit Epiftcopum; duos autem invitoſ apud ſe detinuit. Atque hanc quidem vitam, defiderio licet, monaſtice vita tabeſcentes, tolerabant, quoad perpeſta Epiftcopi avaritia, hominem exoſi, rurſum in ſolitudinem poſt triennium ſeclerunt. Cauſa ſeceſſus cognita, peflma queque minatus eſt illis *Theophilus*, iſpumque *Dioscorum* inviſum habuit. Cum ergo *Anthropomorphitis* iñfenſoſ iſpoſ ex mutuis con-

dd gref.

## ORIGENIANORUM

210  
gressibus agnovisset; apud simplices quosdam & indoctos monachos, quos hæreses hujus A  
ffines esse sciebat, Anthropomorphitam se professus, Diocorum cum fratribus in contraria  
esse sententia monuit, & corpus Deo detrahere, Origenem sententiæ hujus patronum fecitos. In  
fraudem his sermonibus illecti boni homines Diocorum, ipsiusque aseclas vehementer a-  
versati, invidioso Origenistarum nomine infamantes traduxerunt: cum eos è contrario ad-  
versarii, pauciores quidem numero, sed doctrina & uero rerum peritores, Anthropomorphi-  
tas appellarent. Ita editionibus inter se agitati confitabantur. At Theophilus privatas inju-  
rias persequens, Origenistarum tumultus obtendit, & Nitriæ occupato monte, Anthropo-  
morphitis monachis arma subministrat, Dio-corimonasterium incendit, qui cum fratribus  
abditus puteis vix ingruenti cladi se subduxit.

Polybius Rhinocorurorum Episcopus, Epiphanii discipulus, ipsiusque vita scriptor, tres B  
duntaxat numerat Longos fratres, Heracleonis filios, qui Alexandriæ cum imperio præfuer-  
rat, Theophilo amicitia conjunctos, ab coeque in urbem è monasteriis per fraudem deductos,  
majorem creatum ait Episcopum, alias Diaconos, & Ecclesia econemos. Narrat deinde hoc  
munere per triennium functos, renitente Theophilus in pristinam solitudinem concessisse;  
ægre id tulisse Theophilum, ipsoque communione privasse; ad quam cum se admitti fru-  
stra rogarent, Chrysoftum interpellasse ea sibi ut restitueretur; postulasse id a Theophilus  
Chrysoftum, nec impetrasse, eosque tandem Theophilus censura liberaisse: hinc exorta in-  
ter utramque dissidia.

II. Igitur ad graviorem Diocoro, ipsiusque sociis conflandam invidiam, singulari ver-  
sutiæ Theophilus Origenistarum causam cum ipsorum causâ conjunxit. Cum enim jam G  
vulgo male audire sectatores Origenis intelligeret, clarissimosque partis illius confeccio-  
neos à Nitriensibus Monachis subornatos produisse, Nitriamque præcipuum Origenismi  
domicilium haberi, cumque adversus eos ab Epiphanius & Hieronymo infigaretur; non  
ejus defensores dogmatis, quod Deum incorporeum statuit, quodque ipse antea propu-  
gnaverat, & adhuc etiam pro vero habebat, vexare hujus doctrinæ gratia aggressus est,  
sed ipsis famosam Origenistarum appellationem vir acutus affixit, quo Origenismi adver-  
sarios sibi demeretur, & adversum illos concitaret. Et levi sane arguento impositam  
illis Origenismi calumniam approbavit, eq̄ scilicet quod sententiæ hujus assertor̄ est Origenes,  
quæ corpoream à Deo molam segregat. Atque eo faciliter id perfuasit, quod ad eos,  
uti mox dicemus, configisset Isidorus, quem acerrimum doctrinæ hujus patronum fuisse D  
jam supra ostendimus. Origenismi ergo causam postquam semel obduxit iracundia sua,  
Origenistas omnes infectari necessum habuit: quamobrem referta hoc hominum genere  
Nitriæ affecteria persecutatum, una cum Diocoro Origenistas omnes illinc exturbasse ver-  
simile est.

III. Scetinis, seu Nitriensibus monachis (utrovis enim modo vel à Nitri monte, vel  
à Sceti regiuncula dici possunt) alia etiam causa Theophilus conciverat odium. Hunc  
inter & Petrum Alexandrinæ Ecclesiæ Archipresbyterum simulas intercesserat. Hinc  
infensus Petro Theophilus admissam ab eo questus est ad mysteriorum communionem  
mulierem quandam Manichæa luc infectam, priusquam nuntium hæresi remisisset. Factum  
fuisse id juxta Ecclesia confuetudinem, & ex Theophilus sententia, Petrus respondit, & re-  
stimonio confirmavit Isidori, supra à nobis memorati, viri gravis, & quem post Nectarii  
obitum ad Constantinopolitanam sedem evehere Theophilus studuerat. Hic graviter  
succensens utrumque Ecclesia expulit. Rem ita à multis narrari refert Sozomenus: at-  
aliter à viro cum Monachis illis convervari solito accepisse se dicit; duas nempe causas ha-  
buisse Theophilum, cur Isidorum infectaretur, aliam Isidoro & Petro communem, quod te-  
stificari recusat Theophilus sòrem hæredem fuisse scriptam; aliam Isidoro peculiarem,  
quod cum pauperum gereret curam, erogatas in eos pecunias Theophilus in extrudi  
Temporis absumere volenti dare renuisset. Simile quid habet Palladius; seu quisquis scri-  
ptor est vita Chrysoftomi, nam de Auctore non constat apud omnes; qui & alia multa  
congerit, quæ ab aliis praterita à nobis quoque prætermittentur. Gravissima vero hic  
est Anonymi cuiusdam, à quo Chrysoftomi scripta est vita, quam in octavum Tomum O-  
perum ipsius conjectit Savilius, & Simeonis Metaphrastæ hallucinatio, qui Isidorum illum  
cum Isidoro Pelufoita confundunt: nisi forte priorem hunc Pelusioram quoque fuisse di-  
cat aliquis, cum Alexandrinus tamen vulgo dicatur. Sed Sozomenum audire pergamus.  
Expulsus Isidorus Scetin apud monachos concessit. Adit continuo Theophilum Ammo-  
nius, postulatque ut in communionem Isidorum admittat: tergiversante Theophilus insta-  
bat Ammonius, & quos sibi itineris socios adjunxerat; adeo ut perterritus faciens alii,  
& à se amovendis unum ex ipsis in carcere detraherit Theophilus. Illum reliquæ suble-  
cuti in eandem custodiā fraude ingressi se sponte incluserunt, quoad univerlos dimi-  
sisset. Cujus rei ranta apud cum fuit indignatio, ut cum præ quiete & monasticæ vita stu-  
diis

A diis reliqua omnia eos postputare sciret, his ipsos intercluserit, concitatis subdole diffidiis, turbata pace, & monasteris igne ferroque vastatis. Addit Palladius oranti Ammonio & Ildori partes agenti ferreum torquem propriis manibus injecisse Theophilum, pugnis maxillas & oculos contudisse, hac ingesta & repetita voc: *Hæretice, anathematiza Origenem.* Ut ut est, constat Episcoporum Synodus Alexandriæ coegerisse Theophilum anno Christi 399. damnatosque uno ore Origenitas è Nitria monte, ut supra narratum est, exegisse: accedente Imperatorum auctoritate, qui ex Ægypto ut pellerentur scriptis datis iusterant. Synodice hujus Concilii Epistola fragmenta quædam in Epistola ad Menam Justinianus servavit. Adiuncti ad superiora Georgius Alexandrinus, & Symeon Metaphrastes, filiis suis extores monachos Alexandriam pervenire, & miserabili eorum habitu ita commotam fuisse plebem, ut Theophilum latitatem ad necem deposcere, visque Praesidiis adhortationibus sedaretur. Digressus ex Ægypto Origenistæ Hierosolymam ad Johannem uebis antisitem configunt, quem ante partibus suis taverentem cognoverant. Sylvanum eum perperam appellant Georgius Alexandrinus, & alter Anonymus scriptor vita Chrysostom, & Symeon Metaphrastes. Nam anno 386. in Hierosolymitanu Throno sedisse Johannem, obiisse vero anno 416. demonstrat Baronius: Hierosolymam autem anno 399. Origenite, ut dixi, configuerunt. Submisus continuo in Palestinam legatus Prisco & Eubulo, Hierosolyma quoque & proximis locis eos expelli curat Theophilus, ut quam repugnante Johannine. Horum conjecturam capimus ex Epistola 70. Hieronymi, Scytopolim Origenistæ numero circiter octoginta pervenient. In his Dioecesis, Ammonius, Eusebius, Euthymius, Hierax, Iaaci duo, & Ildorus. At cum ad Imperatorem Arcadium, & Archiepiscopum Johannem delectos è Nitria Monachos, Origenitis infensos, aliosque Constantinopolim allegasse Theophilum accepissent, qui pro se cauitam dicentes, eodem ipso ad diluendas Theophili accusationes, siue res procurandas profecti sunt.

IV. Per idem tempus quo haec agebantur delatus est in eas oras à Gallia Posthumius. Narrat ille apud Sulpium Severum foedas Episcopos inter & Monachos concertationes intercessisse, quia congregati in unum sapientia Sacerdotes frequentibus decrevisse Synodus videbantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet, qui tractator sacrum Scripturarum peritissimus habebatur; censuisse Episcopos, libros Origenis, quod sparsis hue illucque erroribus sca-terent, penitus esse respondos; contra pertendisse Monachos, quidquid inerat errorum, ab Hereticis fuisse insertum; nec propter ea quæ in reprehensionem merito venirent, reliqua esse dannanda. Hinc ortam seditionem: ex quo contentio sum & pugnax cervicosorum Origenistarum ingenium arguas; qui cum Episcoporum auctoritate reprimi non possent, astutum fuisse Praefectum, ab eoque in fugam coniectos Monachos ita dispersos esse, ut proprie Edictis nullibi confisteret sine rebus. Addit postea: Sed tamen fratre illud error est, ut ego sentio, siue heres, ut putatur, non solum reprimi non potuit multis animadversionibus Sacerdotum, sed nequam tam late se potuisse effundere, nisi contentione crevisset. Denique nec Episcoporum severitatem, nec Monachorum perduellionem probare fecit. Quod mihi sane valde probatur iudicium; nam nimis severa in Origenistas à Theophilo consultum est; sed gravius tamen peccasse videntur Monachi, à quibus tam præfracte Episcoporum auctoritas pessimata est.

V. Anastasium interim summum Pontificem per Synodicam Epistolam regestæ certiorum fecit Theophilus, ac alios item Episcopos, sed Epiphanius potissimum, ad quem scripsit in eam sententiam, se Origenis colubros Evangelico ense truncasse, & fecundum Nitrie Monachorum agmen contagione pestifera liberasse; jam vero esse operum ipsius Epiphiani, Cyprius Episcopos congregare, & dare negotium, ut *Origenes nominatim, & nefaria heres condemnetur*; deinde vero Synodicas Epistolas ad se, & ad Johannem Chrysostomum, aliosque Episcopos mittere; fuisse perlatum ad se Origenistas ex Ægypto dejetos navigasse Constantinopolim; curet igitur Isauræ, & Pamphilia, vicinarumque Provinciarum Antitites operas suas ad extirpandum Origenismum conferant; virum aliquem industrum Constantinopolim mirat, qui illuc quæ gesta sunt, referat; summam esse apud omnes in Ægypto ob profligatum hæresin lætitiam. Notari obiter velim joculari Guidonis Carmelitæ errorem, qui Theophili verba, quibus Origenis colubros se Evangelico ense truncasse apud Epiphanius jaſtabat, perperam interpretatus, questum id fuisse scriptum Theophilum, quod membra sibi ferro truncarent Origenistæ, ut haberentur humiles & religiosi. Mox ut Synodicam Theophili Epistolam accepit Epiphanius, ad Hieronymum continuo remisit, aliamque adjectit de suo, in qua sic illum affatur: *Scito, fili charissime. Amalec usque ad stirpem esse detulum, & in monte Raphidim erectum trophæum crucis. Etenim quomodo porrectis in altum Moysi manibus, vinebat Israel; Sic Dominus confortavit famulum suum Theophilum, ut super altare Ecclesia Alexandrina contra Origenem vexillum poneret, & impleretur in eo quod dicitur: Scribe signum hoc, quia delebo funditus Origenis hæresin à facie terra cum ipso Amalec.*

dd. 2

Quo

*Guid. in  
Summa de  
Hæresib. in  
Evar. Orig.*

## ORIGENIANORUM

212

*Hier. Ep. 71* Quo argumento ad Epiphanius scriperat Theophilus, eodem propemodum scripsit ad A

Hieronymum: cui hic respondens: *Vox, inquit, beatitudinis tuae in toto orbe per sonuit, & cunctis Christi Ecclesiis letantibus Diaboli venena siluerunt.* Nequaquam amplius antiquus serpens sibilat, sed contortus & evisceratus in cavernarum tenebris delitescens Solem clarum ferre non sufficit, qui quidem super bac re, & antequam scriberes, ad Occidentem Epistolas miseram, ex parte Hæreticorum strophas meæ lingue hominibus indicans. Ex dispensatione Dei factum puto, ut eo in tempore tu quoque ad Anastasium Papam scriberes, & nostram dum ignoras sententiam roborares. Et paulo post: *Vincentius Presbyter ante biduum quam hanc Epistolam dare, de Urbe venit, & suppliciter te salutat, crebroque sermone concelebrat Romam,* & totam Italiam tuis post Christum Epistolis liberatam: cura nimurum Anastasi Papæ, à quo, ut superiori sectione dictum est, profligatus fuerat Origenismus. In alia ad eundem Epistola, Priscum & Eubulum à Theophili in Palæ. B

stinam legatos narrat disperos regulos, Origenistas nimurum, usque ad suas latebras fuisse persecutos: gaudere omnes ob partam ab Hæreticis victoriam: *Mæte virtute, inquit, mæte zelofidei, ostendisti quod hoc usque taciturnitas dispensatio fuit, non consensus.*

Postremo Johannem Hierosolymitanum ob suscepimus Origenistam quendam, antequam Theophilus literas acceperet, excusat his verbis: *Super susceptione ejusdem non debes contra Urbis bujus dolere Pontificem, quia nihil tuis literis præcepisti: & temerarium fuit de eo quod nesciebat, ferre sententiam: tamen reor illum nec audere, nec velle se in aliquo ledere.* Quibus non Johannem Hierosolymitanum, sed Chrysostomum notari putant nonnulli: sed non persuadent, nam unum quendam suscepit tum dicit Hieronymus, at quinquaginta Chrysostomus suscepit. Deinde cum ait Hieronymus, *Urbis huius, utram potius videtur significare Constantinopolim tot mansionibus dilatam;* an Hierosolymam cuius in vicinia haec scribebat? Omnino certe Hierosolymitanus Johannes videtur intelligendus. Ex his suscipiari licet deferibus aliquantulum hoc tempore ipsius cum Hieronymo similitates, (quas rursum tamen redintegratas fuisse inferius ostendemus,) & aliquantum de amore suo adversus Origenem remisissæ, vel sententiam certe suam apud Hier. dissimulasse. Quod ut suspicere, facit illud Theophilus in alia ad Hieronymum Epistola: *Atque Epib. 72. utinam apud vos quoque deponerent hypocrisia, qui occulte dicuntur subrure veritatem, de quibus non bene sentientes in iis regionibus fratres haec me scribere provocarunt.* Addit Theophilus fugatis Origenistis ad pristinam tranquillitatem monasteria Nitriæ rediisse. Audientibus præterea Hieronymus, dum aliquanto post ad Pamachium & Marcellam scribens: *Vbi nunc est, inquit, coluber tortuosus? ubi venenatissima viperæ?* Prima homini facies utero commissaluporum? *Vbi D* hæres que sibilabat in mundo? & deinde: *Oppressa est ejus (Theophilus) autoritate & eloquentia, & in morem Demonicorum spirituum de terra loquitur: nescit enim eum qui defusum venientia loquuntur que sursum sunt.* Queritur poltimodum tantis simulacionibus ut solitos Origenistas, ut vix à Catholicis internoscerentur: tum subdit: *Quid opus est obsidere Proponitdem, mutare loca, diversas lustrare regiones, & clarissimum Pontificem Christi, ejusque Discipulos rabido ore dispersere. Si vera loquimini, pristinum erroris ardorem ardore fidei commutate.* Demum Paschales Theophilus Epistolas, quibus Origenismus obteritur à toto Oriente cum admiratione suscipi, & prædicari denuntiat.

VI. Prolixè haec à me notata sunt, ut cum auctoritate Palladii, Socratis, Sozomeni, Georgii Alexandrini, Anonymi alterius qui Chrysostomi vitam in literas retulit, & à Sa. E vilio editus est Tom. 8, Chrysost. & Symonis Metaphrastræ, Lector æquus Epiphani & Hieronymi auctoritatem componat, & quam diversa de Theophilus & Origenistarum disfido senserint, cognoscat. Illi sumمام pietatis, sanctitatis, & manutudinis laudem Origenistis tribuant: hi versipelles, refractarios & pertinaces eosdem fingunt. Illi Theophilum iracundum, impotentem, iniquum, pecunia cupidum, pronum in vindictam, privatis injuriis Dei cauſam falſo obtendentem exhibent: hi zelo fidei eundem, pollere prudentia, Moysis virtutem referre dicunt. Quod si res ita fuissent gestæ, ut à Palladio narrantur, num præsentem Posthumianum, & Epiphanius ac Hieronymum in vicinia positos latere potuissent? num insontes ac pios homines præter fas sedibus suis exterminatos conviciis ipso quoque lacrassent? num Theophilus pertulantæ consenserint? num ferocitatem ejus ac sævitiam laudasent, & laudando auxilient? Quod si è contrario falso de Phot. Cod. 96. Origenistis, & Chrysostomi cauſa prodidisset literis; an de ipso pronuntiasset Photius: *ὅτι δέλος μετά την οὐρανούσα την ἐπιβασιούσα τὰ πέδη τὸ γεννόεσσον ἀντεγένετο.* Dialogico ipsum charactere pulchre ac diligenter res Chrysostomi descripsisse? Evidem & iam supra dixi, & nunc quoque pronuntio duplicitis fuisse generis Origenistas, Orthodoxos & Heterodoxos; quos cum ab invicem secernere in promtu non esset, utrosque indiscriminatum Theophilum vexasse; candemque ob cauſam utrosque indiscriminatum Johannem Chrysostomum fuisse; hinc nonnullos factum Theophilus heterodoxos infectantis probasse; alias Orthodoxos male haberi doluisse. Theophilum præterea judicio fuisse præcipiti, & animi affectibus nimium obtemperasse si negarem, reclamaret Chrysostomus, in quem impotenter desax-

viti;

LIBER SECUNDUS.

A viit: reclamaret & Paulus ille Episcopus, quem post flagella, carcerem, & metalla, à Theophilo, non propter Origenismum, sed alias ob causas ex Aegypto eliminatum Hieronymus transeuntem hospitio suūcepit, & ut per Imperiale scriptum restitueretur, laboravit. Privatis proinde caussis ad carpendos Origenistas adductum fuisse veri mihi videtur perquam simillimum, & vindicta sua Origenismum subdole prætexisse; Epiphanius vero & Hieronymum, rem ipsam Ecclesias perutilem, Origenismi scilicet extirpationem spectasse, causas ipsas infuper habuisse. Quæcumque certe res Theophilum impulerit, constat legitimæ Synodi decretis Origenistarum errores fuisse recensos; ac non tantum fortasse Theophilii, quantum Synodi auctorati Hieronymum & Epiphanius tribuisse.

VII. Porro non Synodican duntaxat Theophilii Epistola, datam anno Christi 399, sed B Paschales etiam quatuor, annis 400, 401, 402, 403, 404, scriptas, Hieronymus Latinitate donavit, ut quæ iis coniuebatur Origenis damnatio, latius, & in Occidente potissimum perulgaretur. Pervenerunt ad hanc ætatem posteriores tres, prior cum Synodica intercedit, in quibus depravata aliqua ab Hieronymo cum ipsius adverarii jaestassent, sese in Epistola 78. ad Pamachium & Marcellam, cum ad eos posteriores Paschales mitteret, luculenter purgavit.

VIII. Jam vero rerum seriem persequamur. Diximus Constantinopolim profectos esse Origenistas, postquam eodem legatos a Theophilo missos acceperunt. Fallò id à Palladio, & Sozomeno confituntur Baronius ad A. 400. cap. 61, nec quenquam illuc ante legasse Theophilum contendit, quam codem abisse Origenistas intellexit. Falso quoque esse C vult, inter Origenistas fuisse Isidorum; id licet prater Sozomenum Socrates assereret. Nititur Baronius Theophilii ad Epiphanius Epistola, quæ est inter Hieronymianas 67. Sic habet illa: *Didici enim quod calumniatores vera fidei, Ammonius, Eusebius, & Euthymius, novopropere furore bacchantes, Constantinopolim navigant: ut & novos, si quos voluerint, decipiant, & veteribus sue impietatis sociis conjungantur.* Nulla hic Isidori mentio: certe neque Dioscori, nec aliorum quinquaginta, quos illuc perrexisse tradit Palladius. Quasi vero nomina singulorum percensem Theophilus instituerit, sic deinde Theophilus: *Et ut celerius nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industrium virum, & aliquem de clericis, sicut & nos de ipsis Nitri monasteria patres Monachorum, cum aliis sanctis & continentissimi viris misimus, qui possint cunctos in praesentia docere quæ gesta sunt.* Ex his effici putat Baronius ab Epiphanio, non autem à Theophilo tunc legatum fuisse missum Constantinopolim; Theophilum autem quosdam è Monachis Nitriensibus alio alegasse. Sane id ex Epistola verbis non cogitur: imo vero rogat Epiphanius Theophilus, ut aliquem mittat Constantinopolim, sicut à se Nitrienses monachi missi sunt: quo missi? nempe quo aliquem mitti vult ab Epiphanio, Constantinopolim: nam quid aliud verba sonant? Quod autem peregrina communione eos excepterit Chrysoftomus, inde concludit Baronius Synodi Alexandrinae literas illuc nondum fuisse perlatas; alioquin damnatos & proscriptos Monachos minime fuisse excepturum. Ut id detur, quod negari tamen potest, nam damnationis caussam certum est licere inquire, non inde sequitur Constantinopolitanum iter prius suscepisse Nitrienses Origenistas, quam legatos suos eodem Theophilus misisset. Probabile quippe est Theophilii legatos provincias multas adiisse, disseminandarum Praefatus illius Synodicarum literarum gratia, proindeque serius Constantinopolim easdem importasse; cum interea discessione illorum audita, nullam interponentes moram, magnis itineribus illuc contendissent Origenista; & qui serius suscepissent iter, maturius illud confecissent.

IX. Constantinopolim delati Origenistæ supplices accidunt ad genua Johannis, postulantque ut opera ipsius & auctoritate Theophilii adversum se iracundia federetur, & Aegyptum redeundi sibi copia fiat; quod si reverentia aut metu Theophilii, ab ipso quoque, quemadmodum & ab aliis Episcopis repellantur, Imperatoris opem se denique imploraturos. Compositus ad miserationem cominovendari virorum habitus Chrysoftomo lacrymas excusit. Benigne itaque ipsos alloquitur, jubet caussam adventus sui silent, de ipsorum restitutione sese cum Theophilo per literas acturum, in Templo interim, cui nomen Anastasis, sedem ac mansionem figant. Paruerunt illi, & vitæ necessaria partim propriis ipsi manibus, ut mos erat Monachorum, partim religiosarum mulierum liberalitate compararunt, ac Olympiadis potissimum, qua post obitum Nébridii conjugis creatæ Ecclesiæ Constantinopolitanae Diaconissa, peregrinos hospitio excipere, & facultatibus suis favere solebat. Publicarum hinc precationum communionem concessit Chrysoftomus, ad Sacramentorum usum non admisit, nondum cognita ipsorum caussa; cum præsertim Clericos quosdam à Theophilo jam ante aliis de rebus Constantinopolim missos accerisset Johannes, iisque super rebus Monachorum interrogati magnam illos injuriam sustinuisse quidem dixissent, sed ad communionem tamen neutriquam eos admitti postulassem, ne Theophilus ea foret offensioni. Scribit ad Theophilum Chrysoftomus, rogatque ut restitutos Ori-

dd 3 genistas

genistas in communionem admittat: siu iudicio contendere malit, necessarios mittat qui A res ipsius procurent. Non rescriptis illis, quosdam e suis illuc allegasse contentus, libelles ut porrigerent admonens, inquit Palladius, quos more solito ipsis dictaverat, aperum quidem & ex profum mendacum continentis, variis calumnis oportum & obumbratum: & cum non possit illorum vita derogare, facit ut intra Palatium quasi Magi notarentur. Subdit postmodum aduententes Origenistas nihil se profecisse, plerosque in dignitatibus constitutos adduxisse secum, omnes anathematizasse heresim. Tum deinde collectas adversus Theophilii tyrannidem accusationes, & in libellum conjectas Johanni fructu illos ab incepto revocanti tradunt. Monetille Theophilum conflate adversum se accusationis. Rescribit Theophilus vetitum esse Nicenam Canonibus, ne quis Episcopus de re extra dictio nem suam posita iudicet: fe, si in ius vocandus sit, ab Aegyptiis Episcopis esse judicandum. Ad hanc permoverebat falsis rumoribus; Sacra-B mentorum communionem Origenistas concessisse Johannem, & animo esse ad ferendas ipsis suspectias parato. Quare ad Episcopos mitit literas quaquaverfus, Johannem dignitate & Episcopatu evertere, & Dioecorum cum fratribus ac sociis ueloci omni modo satagens, consilium tamen caute occultans, Origenis libros sollemmodo carpens.

Si quis Origenistas à Johanne exceptos fuisset miretur, magnam apud omnes Nitriensem monachorum existimationem fuuisse meminerit; & Chrysostomo jam inde notas esse Theophili artes, cum Isidorum in Constantinopolitanam sedem intrudere, & quo minus ad eam exequetur Johannes impedito conatus est. Præterea Origenianos errores publice detestati fuerant Nitrienses: hinc valde suspecta illi Theophilii criminatio. At nec dum satis adverterat prius Antistes simulationes Origenistarum, quibus objectos errores juramento diluere proclive erat. Notanda hæc Hieronymi Epistola, 65. ad Pamphach. & Ocean. cap. i. Faciam quod solum caverit, ut sacra eorum atq[ue] mysteria in publicum proferam, & omnis prudenter eorum, quia nos simplices ludunt, in propatulo sit: qui negant voci non credunt, credant saltem arguenti styllo. Hoc enim vel maxime caverit, ne quando contra auctorem suum eorum scripta teneantur. Facile dicunt cum iuramento, quod possea alio solvant perjurio. Ad subscriptionem tergiversantur, queruntque suffugia. Alius, non possum, inquit, damnare quod nemo damnavit. Alius: Nihil super hoc à Patribus statutum est: ut dum totius orbis provocatur auctoritas, subscribi necessitas differatur. Quidam constantius, quomodo, inquit, damnabimus quos Synodus Nicena non testigat? Atque id non de omnibus Origenistis, quoctunque ad Chrysostomum congererant, intellectum velim, iam partim Orthodoxis, partim Heterodoxis hanc constitisse catervam D puto: adeo ut illi ex animo, hi ore tenus errores Origenis damnaverint. Quæ cum Chrysostomo minime perspecta esse possent, corda Deo scrutanda relinquens, verbis illos heresia ejus tamen fatis habuit. Accedit eodem forte aliquia Origeniani nominis reverentia, cuius scripta studiose lectoribus Johannem, multaque ex iis ad suos transfluisse usus observasse mihi videor, & in sequentibus Notis comprobafis.

Eudoxia quoque Augusta humanitatem Origenistæ experti sunt: proditum quippe est à Sozomeno & Nicephoro, ad eam, cum forte curu prætervehetur, accessisse Monachos, sibique illatas à Theophilo injurias exposuisse, hanc honore ipsis habitu pollicitam, futurum ut brevi cogeretur Synodus, ad eamque Theophilus evocaretur.

X. Dum hec agerentur, Epiphanius literis Theophilii acceptis, quibus ad convocandam E Synodum, & dammandos Origenistas incitatum fuisse supra diximus, cogit Episcoporum Cypriorum Concilium, librorum Origenis lectionem decreto prohibet, cuius decreti exemplar cum alia in loca, tum præcipue Constantinopolim mittit, Johannem ad idem facendum adhortans. Collectam quoque à Theophilo postea Synodum Alexandriæ eadem de causa fuisse scribunt Socrates, & Sozomenus: negat Baronius, & perferat ad id tempus relatam fuisse ab impuris Scriptoribus Synodum Alexandrinam asserit, utpote quæ jam ante fuerat celebrata. Ego vero quid statuam, non habeo; nam non unum adversus Origenistas conflatum fuisse Concilium narrat Posthumianus apud Sulpitium Severum Diagog. j.

XI. Missas ad se ab Epiphanius & Theophilo Epistolas, paratasque sibi insidias neglexit F Chrysostomus, animumque in Ecclesiastica restituenda disciplina habuit. Legati interim à Theophilo Constantinopolim Monachi Origenistas libellis procindebant: hi contra spe pacis preclusa apud Arcadium Imperatore & Eudoxiam, Theophilii questi sunt injurias, libelloque oblato graves ipsi & acerbas criminationes impegnerunt, postularuntque ut adduceretur vel invitus, & coram Johanne vadimonium susteret; conficti vero adversum se accusationum libelli Praefectis urbis dijudicandi permetterentur. Adducendo Theophilo mittitur Alexandriam Flapius; causam libellorum & accusationum Praefecti cognoscunt. Deprehensa Theophilium legatorum calumnia, crimen hi in Theophilum conferunt, ab eoque subornatos scilicet faciuntur. Flagellis graviter cæsi detruduntur in carcere, quoad Theophilus causam pro se dicturus adesset: quo serius adventante pars in viacu-

A vinculis obiit, pars in insulam Proconnesium deportatur post adventum Theophili, judicatum animis pecunia molitus. Hac ita à Palladio referuntur. Chrysostomus interim Origenistas consilii & auctoritate sua juvasse creditus est. Quocirca sub Barnabae nomine obcurse ab Hieronymo perstringitur in Epist. 16. ad Principiam: *Refrigerata*, inquit, *charitate multorum, pauci qui amabant fidem veritatem nostram lateri jungabantur, quorum publice petebatur caput, contra quos opes omnes parabantur; ita ut Barnabas quoque duceretur in illam simulationem, immo apertum parricidium, quod non viribus, sed voluntate commisit.*

XII. Jamque fama percrebuerat male in Johannem affectum esse Theophilum, & causas querere, quibus eum sede dejiceret. Hoc intellecto Concilium Constantinopoli cogi volunt optimates, & Clerici complures, quorum inimicitias Chrysostomus severitate sua B fibi pepererat. Futurum id pollicita jam ante Origenisti fuerat Eudoxia. Itaque Theophilus Ægyptios Episcopos eo confessim navigare jubet, Antistites Orientis ad Concilium invitatus. Nec multo post Cypro solvens Epiphanius Constantinopolim appellit. Ob viam progressus Johannes totius Cleri comitatu advenientem honestavit, nec eo perpulit tamen ut hospitio suo, vel domibus Ecclesiasticis, vel sua denique consuetudine uti vellet: adeo infensum Johanni animum propter suscepitos Origenistas præse ferebat. Statim Epiphanius se convocat Episcopos qui tum forte Constantinopoli versabantur: Decreta Synodorum profert, quibus lectione Origenis omnibus interdicebatur; postulat ut ea ipsi quoque suffragiis suis confirmant. Paruerant nonnulli, plures detrectaverunt. In his Theotimus Tomitanus Episcopus, spectatæ vir sanctitatis, iniquum esse dixit, homini jam C pridem mortuo injuriam inferre, & majorum de eo decreta rescindere: quo dicto librum quendam Origenis profert, pellecquisque verbis aliquot, quibus Ecclesiæ utiles sententiae continebantur: Intelligent, inquit, quilibus Origenis repudiant, hæc quoque se repudiari. Nihilo tamen feciùs roganti Chrysostomo, ut una secum domo, & una Ecclesia teretur, renuntiavit Epiphanius in domus & precum communionem cum illo se se venaturum, ita si libros Origenis damnare, & Origenistas Ægyptios a se rejicere vellet: quod cumante disceptationem cauſa facere recusaret Johannes, persuasus est Epiphanius a quibusdam Johannis adversariis, ut in Templum Apostolorum, quo celebranda erat Synaxis, publice prodiret, damnaret libros Origenis ac Origenistas, & Chrysostomum ipsum incaseret. Et fecisset fāne, nūquam Templo propinquum adiisset Serapion Diaconus à Jo-hanne missus, monuisseque periculo ipsius futurum, si quod animo destinaverat, re ipsa præstaret; ad seditiōnem quippe rem spectare. Admonitione deterritus Epiphanius pedem retulit.

XIII. Circa idem tempus hunc inter & Eudoxiam simitas intervenit: causam varie Scriptores narrant. Scribunt Leo Imperator, & Symeon Metaphrastes Eudoxiam Augustam, inimico ut erat in Chrysostoma animo, ipsum haereseos apud Epiphanius accusasse; postulasse Epiphanius ut cauſam dicturus Johannes accuseretur, se alioqui minime assensum; ad hæc exclamasse Augustam, si Johannis exitium interpellet, se Idolorum cultum restituturam: quo auditore dolore perculsum Epiphanius fusis lacrymis Constantinopoli excesisse. At diversa habet Sozomenus; in morbum incidiisse Imperatoris filiolum; hujs vitæ E timenter Imperatricem rogasse Epiphanius, ut pro eo oraret; qui cum futurum receperisset, ut convalesceret filius, si ab Origenistarum partibus illa disciseretur, respondisse Augustam: In Dei potestate filius meus est; tu vero, Epiphanus, si mortuos ad vitam revocare posles, ne cunctum obiisces tuus Archidiaconus: miseros eodem tempore ab Eudoxia Origenistas ad Epiphanius quæsivisse, num aliquando in libros suos vel Discipulos incidisset; negante illo percontatos unde se Haereticos deprehendisset, qui sententia sua nullum fecisset periculum; huic ex auditu se intellexisse respondentibus, subiecisse illos. Nobis vero contrarium evenit, nam ex discipulis tuis & libris, ac Ancorato præcipue tua nobis perspecta sententia non nullos saepe refutavimus, qui haereseos calumnians tibi impingebant; parem itaque nobis vice in retribuere debueras: his intellectis placatum Epiphanius viros dimisisse; & ipsum F quoque paulo post navigasse in Cyprum, sive Constantinopoli penitusse eum itineris, sive Deus oraculo mortem instare monuisse. Ecquas discedendi cauſas habuerit, incertum est. Certe antequam atrigisset Cyprum, in ipsa navis decepsit, cum jam esset magno natu. Fato quoque circiter hoc tempus extinti sunt Constantinopoli Isidorus, & Diοscorus, & paulo post Ammonius, magnam post obitum sanctitatis famam consecuti. Quo tempore annus agebatur 403.

XIV. Quid de hoc itinere, itinerisque cauſa literis tradiderit Polybius Epiphanius discipulus ac focius, ac rerum omnium oculatus testis, opera pretium est cognoscere. Scribit ille Theophilum Johanni Chrysostomo infensum ob communioni restitutos Longos fratres, cum Imperatricem mittere hunc in exilium velle accepisset, id ut perficeretur sumopere laborasse; dedisse itaque literas ad Epiphanius, quibus Origenissimi Johannem accu-

B VII

accusabat; aliam autem ob caussam Constantinopolim navigaturum Epiphanium eo magis profectionem accelerasse, non Chrysostomo tamen nocendi studio: magna cum fuisse in Urbe regia rerum perturbationem, propter Eudoxiæ ac Chrysostomi dissidia; ingressum monasterium quoddam Epiphanium necessitate fuisse coactum, ut quendam ordinaret; ægre id tulisse Chrysostomum; hinc dissensiones inter utrumque extitisse; Eudoxiam vero his compertis accersivisse Epiphanium, hæreseos accusasse Chrysostomum, & postulasse ut eo abrogato alium Constantinopoli Episcopum preficeret; respondisse Epiphanium, sacerdotio quidem indignum esse Johannem, si re ipsa in hæresin incidisset; sin ipso ad ulciscendas privatas injurias eum exaucerare vellet, neutquam se obtemperatum; excanduisse illam, & interminatam futurum ut Idolorum templum aperiret, si Johannis exilio intercedere vellet: perlatum fuisse ad Chrysostomum, in exilium suum Epiphanius consensisse; eique vaticinatum illum, fore ut in throno non amplius federet, atque hunc vicissim prænuntiassisse Johannam futurum ut ad exilii locum non perveniret; confensa demum navi Epiphanium, ante quam Cyprum attingeret, obiisse. Baronius ad A. 402, cap. 7. falsum esse afferit ad Diaconatum quenquam fuisse promotum ab Epiphanio in Constantinopolitana Dicecisi, & unius Sozomeni silentium opinioni sua prætentit; causam vero cur id jaçatum sit, hanc esse divinat, quod in Johannis Hierosolymitani Dicecisi jam ante Pauliniano Hieronymi fratri Presbyteri characterem impofuerat; facile itaque Johannem Hierosolymitanum cum Constantinopolitano Johanne Scriptores confundisse. Verum ut dicere prætermittam quam leve sit argumentum ex Sozomeni (cui & Cedrenum addere potuit) silentio peritum, contra Socratis, Leonis Imperatoris, Symeonis Metaphrastra, & Nicephori auctoritatem, tollit omne dubium Polybius id ipsum afferens, qui rei gestæ interfuit.

XV. Hac tempestate Constantinopoli agebant Acacius Berœensis, Severianus Gabalitanus & Antiochus Prolemaidis Episcopi, & Syrus monachus Isaacus. Hi privatas immitias cum Chrysostomo gerentes, Theophilum sollicitant per nuntios ut secum operas ad expellendum Johannem confociaret. Morantem quoque urget Eudoxia Chrysostomo offensior, ideo quod sacris ipsis concionibus, quibus aulicarum mulierum mores saepe carpebant, vitiorum suorum sibi conficia notari se censebat. E contrario vero accersitum eum ad dilucenda crimina (apud Imperatorem quippe fuerat seditionum & cædium accusatus) testatur ipse Chrysostomus in Epistola ad Innocentium Papam, quam ex Dhibeti Palladius. Leo autem Imperator, cognomento Sapiens, scribit in vita Chrysostomi, iustissime Arcadium vi adduci Theophilum, cum quæ adversus Johannem fuerat molitus comperisset; & ab Innocente Pontifice Romano, & ab Honorio fratre postulasse, ut aliqui Roma mitterentur, qui de Theophilii causa cognoscerent: tergiversante vero Innocentio, Theophilum Origenismi dicam scriptissime Johannam & Nitriensibus monachis, à quibus apud Imperatorem fuerat accusatus, suasque in partes Epiphanium illexisse. Narrant Leo & Palladius datos aversus Theophilum accusatiovis libellos, septuaginta capita habuisse. Maturat ergo iter Theophilus, & Chalcedonem pervenit. Eodem confluunt Episcopi, partim Theophilii nuntiis, partim Imperatoris mandato exciti. Ex una omnes venisse Provincia scribit Palladius; alijs ex Ægypto, aliisque profectos locis narrant, nec non ex Asia, quicunque sedibus suis depulsi se a Johannem ægre fecerant, vel aliis ipsi de caussis succencabant. Ægyptiis illi navibus transmisso Bosphoro Constantinopolim appellant. At Theophilum cum plauſu excepérunt Ægypti nautæ; Clericorum obviam processit nullus, utpote infensum Chrysostomo animum præferenti. Ipse Ecclesiam prætergressus, in Imperatorem quandam domum sibi paratam divertit. Motu illic trium hebdomadarum facta, pertentatis multorum animis, & ad accusandum Johannem, cuius congressum caute vitabat, instructis, in Quercum Chalcedonis suburbium una cum factionis sue Præstilibus concessit, & Conciliabulum celebravit. Quadraginta quinque interfuisse Episcopos declarant Georgius Alexandrinus, Symeon Metaphrastes, & Acta Pseudosynodi illius, qua representat Photius Cod. 59. At Palladius triginta sex duntraxat agnoscit: sic enim Episcopos qui adsidebant Johannam, ad Conventiculum rescripsisse tradit: *Tua quidem Synodus triginta & sex habet Episcopos ex una Provincia: nos autem quadraginta sumus ex provinciis variis, in quibus & septem sunt Metropolita.* Duos & quadraginta Johannam affuisse auctor est Leo Imperator. Cum sit autem in adnotandis numeris proclivis lapsus, promptius est suspiciari corruptum numerum apud Scriptores illos, quam apud Palladium qui pauciores quam quadraginta Theophilo adiuvisse diserte afferit. Statim aedes jubetur Johannes, & ad accusationes respondere, unaq; cum eo Serapion, & Tigris Eunuchus Presbyteri, & Paulus Lector, simul universum Ecclesiæ Constantinopolitanae Clerum Synodus accersit. Quamvis autem Johannam quadraginta adfisterent Episcopi, non idcirco tamen ad Quercum caussam dicturus aedes recusabat; si modo ex Antisitum numero quatuor eximerentur, merito sibi odii & ini-

## LIBER SECUNDUS.

217

A & inimicitarum suspecti; si ulterius pertenderent, Synodus Oecumunicam appellare se obtefabatur. Quibus auditis, quater eo vocato, eademque exceptione uso, ad accusationes tandem expendendas animum Quercetanæ Synodi Praefules appulerunt.

XVI. Non res illic ex æquo expensas, sed per contumeliam & maledicta fuisse gestas Scriptores tradunt. Et tres quidem criminationum libellos ad Conciliabulum delatos commemorant Acta illius à Photo exhibita, & in Jure Græco-Romano relata, quod edidit Leunclavius. Priorē obtulit Johannes Chrysostomi Diaconus, viginti novem accusacionum capitibus refertum; alterū Johannes Monachus, quo Heraclides Origenismi ac furiarēcebatur, Chrysostomo vero criminī dabatur, quod Heracliden, Hæreticum licet acfurem, Ephesinum Episcopum constituit, multaque paſſus esset Origenistarum causa; B posteriorem dedit Isaacius Episcopus, capita octo decimū criminationum complexum, cum prius Origenismi eundem Heracliden accusasset. Narrat Photius tredecim Actionibus Syndicū illam, quæ à ſe lecta eſt, fuisse absolute, quarum priores duodecim Chrysostomum petebant, poſtrema Heracliden; prioris libelli caput primum ac secundum examinasse Episcopos, inde in Heracliden & Palladium quæſtionem habuiffe, in nonum deinceps ac viceſimum septimum caput inquisivisse; poſtremit denique libelli excussum fuisse caput ſecundum, quod fuit hujusmodi: ἐτοι μανδεὶς θεοφίλου στρατηγὸς τὸν τόπον ὃν πάντες ἀπένεινεν, εἰς οὐρανὸν ἀνέβησεν, καὶ ταῦτα διέταξεν οὐρανῷ τοῖς οὐρανοῖς. Beatum Epiphanius propter Origenistas as Ammonium, Eutymium, Eusebium, & Heracliden, & Palladium, communionem cum eo (Chrysostomo) habere noluisse: excusum insuper septimum caput, ac deinde tertium. Præter illud, duo admodum ad Origenis num pertinebant; primum, Johannem Monachum propter Origenistas cæſum Chrysostomi juſtu, & porro vincitum fuisse; decimum ſextum, eundem fuſcepſe Origenistas, in carcerem coniūceſe Theophilii legatos, & ne morientes quidem ad viendū adiuffe. Nulla praeterea in reliquo criminationibus Origenismi, Origenistarumve mentio: in priore vero libello nulla penitus.

XVII. Actorum Photianorum Conventiculi ad Quercum fidem elevare conatur Baronius hoc argumento, quod pleraque ab aliis commemorata, in iis omisſa ſint. Verum non attendit illud tristissimus Cardinalis eximia quædam tantummo do ſelegiſſe Photium, & in Myriobiblio reruſiſſe; plurima vero conſulto prætermiſſe. Sua ergo Actis illis fervetur auctoritas, quod validiori ratione Baronii conjectura firmetur.

D XVIII. Cæterum de libris Origenis altum fuit in Conciliabulo silentium: de Origenis vero præter perpatia illa, quæ diſcretiū, hæc etiam referuntur; Scetinos leñiter apellasse Theophilum, hortatum eſſe ad pœnitentiam, impunitatem eſſe pollicitum, ſimil eos ad implorandum veniam magnis vociferationibus impulſe qui aderant Theophilii familiares; quæ re permotus Monachos noxas ſibi condonari poſtulaſſe; fecundus iniſſe cum illis Theophilum, & in communionem recepiſſe, atque ita crime absolutoſ eſſe Nitrienes, ē quibus jam, ut diximus, interierant Diſcorus & Iſidorus, Ammonius vero in Quercu ſub ipia Synodo initia deceſſerat. Fertur hujus audita morte illacrymataſſe Theophilus, palam que dixiſſe ſimiliter inter ſuos neminem habuiffe Ammonium. Diſcorum quidem poſt Synodum & Theophilii fugam obiuiſſe produnt Georgius Alexandrinus, & Socrates; ſed in E tempora Synodo priora mortem ipſius Sozomenus conjicit, cui præcipuum fidem tribuimus. Atque ita demum conſolita eſt tristis illa & calamitaſa de Origenis erroribus conſtruſia: quamvis enim hinc ortæ ſint tempeſtates & tumultus, quibus vexata deinde & turbata Ecclesia eſt, accendentibus tamen ſubinde novis querelarum & odii argumentis, dum præto ſunt recentiores offendere, veteres exoleverunt. Paucis itaque & curſim quæ ſuperfunt, attengamus.

XIX. Anno Christi 403, circa mensem Julium Conventiculi ſuffragiis exauctoratur Chrysostomus. Id unum cauſtabantur Episcopi, quod mandatis ſuis acciſtiſ auſtientem ſe non præbuſſer. Per cauſam vero rei geſtae ad Imperatorem referenda, laſꝫ quoque maieſtatis Chrysostomum apud ipſum acciſtiſ, quippe ſub Jezabel & Herodiadis nominibus publice apud populum perſtričtam ab eo fuſſe Eudoxiam. Verum Arcadio ſatiſ fuit Johanne Eccleſia depuliſſe, miſſo ad id Comite & militibus. Tumultuante deinde populo, & Chrysostomi reſtrictiōne ſeditioſe poſtulantere, ingruente præterea ſub ipſam noctem, quæ ipſius exitum proximæ conſecuta eſt, terræ motu, ita perterrefacta eſt Eudoxia, ut cum ab exilio revocari continuo curaverit. At recrudelcentibus ſequente anno ſimilitatibus & factionibus injuriaſ concedit, & Nicæ aliquantis per moratus, Cucuſum, quæ Armenia urbs eſt, vel ut teſtatur ipſe Chrysostomus, Ciliciæ, in exilium mittitur: Cucuſo Arabiſum & Pityuntēm migrat. Sufficitur ipſi Arlaci Presbyter Nectarii Conſtantinopolitani olim Praefulus frater, Arsacio Atticus. Pium interim exulem mitibus Epiftolis ſolatuer Innocentius Papa, (qui rerum geſtarum per ipſius literas certior factus fueſat) & communione ſua impertitur; improbato Theophilii facto, quem & conſentienti-

cc

bus

B VI

2

## ORIGENIANORUM

218  
bus fere Europæ Episcopis à communione sua deinde segregavit; ut patet ex Epistola A quādām Innocentii ad Arcadiū, quam exhibent Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi, cap. 68. & Anonymus vitæ ejusdem scriptor, cap. 130. quæque in Tomis Conciliorum extat: & fitissit certe vadimonium coram Universali Synodo, quam cogere meditabatur Arcadius, nisi Innocentium Papam, confundare ejus Auctorem mors occupasset. Tandem varie jaētatus Johannes, & summa inhumanitate ab inimicis habitus Comanis obiit anno 407.

XX. Nee ita tamen Theophili ira conqueruntur. Is post priorem Chrysostomi restitucionem, in decima tertia Pseudoynodi actione Heraclidæ, quem Ephesinum Episcopum Johannes creaverat, dignitatem abrogare studuit: at repugnantibus multis, in apertam seditionem contentio erupit. Jamque res armis agebatur; multis vulneratis, paucis alijs quot interfectis, qui unus omnium maxime petebatur Theophilus, fuga sibi consuluit; quāvis literis quaquaversus missis, ad Synodum celebrandam, rogatu Chrysostomi, Episcopos Arcadius accivisset. Post obitum autem Johannis, non operam solum Theophilus dedit, ne in Diptycha nomen ipsum referretur ab Orientis Episcopis, sed ut infame etiam vulgo haberetur, scripto ad id grandi volumine. Cujus libri fragmentum libro suo sexto Facundus inseruit, eundemque ab Hieronymo Latine conversum fuisse testatur. Hę Isidoro Pelusiota causâ fuerunt, cur Theophilum graviter coargueret, & quārū illum, & ins. 152. ξυστολάτην appellans, & adductum dicens ad insestandum Johannem ex Isidori illius supra a nobis commemorati occasione: Φεοφίλη, inquit, καὶ θεόφιλον κατεπολέμουν ἡ δραπον, οὐ τοιούτοις οὐδὲ πέπλοις καὶ ποιέαν, έμπτητον οὐδείας, ινηρότα σπαράγγες. Deo charum & rerum divina- C rum consultum oppugnavit hominem, cum inimicitiam & odium adversus hominem mihi cognom- nem propria & per veritatem occasionem reperisset. Unde Sozomeni narratio, siveceptas adversus Isidorum inimicitias caussam Theophilo dedisse dicentis, cur tantas concirer turbas, adversus

Baron. A. Baronum confirmatur.

400. Ep. 8. XI. Synesius quoque temporum illorum æqualis, licet sub Theophilii ditione positus, in Epistola tamen ad ipsum data, Johannis nihilominus memoriam laude prosequitur. Idem cum ad Episcopatum Cyrenensem superiore anno invitus promoveretur, ad declinandum o- nus, & populum absterendum publice contestabatur, nec mundi occulitum, nec resurrectionem corporum, nec animas jam formatis inseri corporibus sibi posse persuaderi: quæ cum insignia sint capita Origenianæ doctrinæ, valde in his locis exosam tunc fuisse concludimus. At D Hieronymus Chrysostomi expulsionem & exilium Theophilo per Epistolam gratulatus est: Vade & nos, inquit, iohannem qui dudum Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, Deo placere semper optavimus, & cauſas perditionis ejus, in quas ferrebat improvidus, nequaquam credere voluimus. Sed ille, ut cetera flagitia ejus taceam, Origenistis in suam recipiens familiaritatem, & ex his plurimos in sacerdotium provehens, atque ob hoc feliciter beatæ memorie hominem Dei Epiphanium, qui inter Episcopos clarum in orbe fidis effulsi, non parvom orbe contritans meruit audire: Cecidit, cecidit Ba- 404. Ep. 135. storum turbas agerrime tulisse Hieronymum conjectat.

XXII. Observatione vero dignum est quod narrant Socrates, Georgius Alexandrinus, & Symeon Metaphrastes, in Theophilum vulgi odium crevisse, idecirco quod post damnatos E tanto conatu Origenis libros, eorum etiam tum lectio deditus esse deprehensus sit; cuius rei causa cum ab eo percontaretur quispiam, respondit prato floribus consito similes esse libros Origenis, decerpere sc̄e quæ pulchra sunt, quæ spinosa, præterire: atque id omnibus offenditioni fuisse. De ea reita Rupertus Tuitiensis libr. I. Comment. Deut. c. 9. lucta literam amanifestat, equitas, juxta anagoge vero judicat. Lectorum inhibetur mutabilitas, videlicet, quam in Theophilii Alexandrina civitatis Episcopo Ecclesiastica reprobendit relatio. Qui cum iohannis Constantiopolitani, qui Chrysostomus appellatur, esset inimicus, lectio nōm Origenis, cui libenter incumbebat, zelo ejusdem iohannis damnavit; tandemque damnato iohanne, quia se à lectio Origenis non cobi- buit, rursus ipse lectio Origenis ipsiusdem incubuit. Hinc existimari potest, quanta vafritis Theophilus, per speciem insestandi Origenismi privatas similitates ultus sit, facile præsentim rece- F ptis paulo ante in gratiam Origenistis: sed ut in cepta tamen simulatione perseveraret, stylum hoc ipso, & sequente præterea anno summa asperitate & maledicentia exercuit adversus Origenem in Epistolis Paschalibus, quas Latine exposuit Hieronymus, in abolendis Origenistarum erroribus Theophilo contentiens.

XXIII. Anno Christi 412. decepsit Theophilus, relicto cum Epistolis Paschalibus grandi volumine, in quibus suum adversus Origenem vel verum, vel simulatum odium in signibus monumenta expressit. De eo volume sic Gennadius libr. De vir. illustr. Scriptit adversus Origenem unum & grande volumen, in quo omnia pene ejus dicta & ipsum pariter damnat; similiter docens non à se eum primum, sed ab antiquis Patribus, & maxime Heraclia fuisse & à Pres- hyterio ejusdem, & de Ecclesia pulsum, & de civitate fugatum. Refert ex Isidoro Diacono Jo- ha-

A hannes Damascenus, Theophilum morti proximum, cum propter admissum in Johannis causa peccatum, exhalarē spiritū non posset, oblata ipſi Chrysostomi imagine & adorata statim animam egisse. Nihilo tamen ejus famam lancingavit Cyrilus Theophilus cognatus. At cum animum ipsius mitigare studenti Attico Constantinopolitano Episcopō perpetuas ſeſe cum Chrysostomi nomine iniunctias geſtūrum Cyrillus renuntiasſet, in acriſ ifidori Pelusiota objurgatione incurrit: & ad meliorem tandem revocatus mentem cum Johanniā memoria redit in gratiam, nomenque ipſius Diptychis inseruit. Anonymous Chrysostomi vita ſcriptor in ſolmī monitu m à Johanne Cyrilum ſententiam mutat叙述, de quæ ejus pietate & integritate faniora ſenſiſſe. Relato ejus in Diptycha nomine, reliquias Praefulibus idem ut facerent, exemplo fuit. Adeo ut publice coli deinde coeptrū fit Chrysostomus, & magna demum pompa ac comitatu Constantinopolim reliquias ipſius Comanis devexerit Proclus antiftes Constantinopolitani. Hic porro fruſtra miratur Socrates, quid ſit cur tot poſt obitum annis Origenem ab Ecclesiæ communione ſegregatum pronuntiaverit Theophilus, Johannem vero trigesimo quinto ē morte anno in eandem Proclus receptum voluerit: nam licet Origenis potius doctrina, quam nomen fuerit à Theophilo dauidandum, nihilominus tamen utpote nefariae doctrinæ auctor Origenes censuram aliquam & reprehensionem commeruit; cum nullus ē contrario erroris affinis Chrysostomus, per lumen ſcelus ab Ecclesiæ proscriptus, jure in eam ſubinde receptus ſit. Jam ante hæc tempora librum de rerefutacione adverſus Origenem ſcriperat Hammon Hadriopolitanus, ut à Maximo traditum eft in Scholiis ad Dionysium de cœleſti Hierarchia, cap. 7. de ejus æta- C te unum habeo quod dicam, veruſtiorē fuſſe ipsum Cyrillo, à quo in testimonium alicubi citatus eft.

XXIV. Restituto in pristinam famam Chrysostomo, magna tamen ex his conflictationibus Origeniano nomini ignominia illata eft, ut ferre jam vulgo pro Hæretico habetur. Quapropter Hieronymus Demetriadem virginem præcepti instituens anno 43. caute monet, ut ſibi ab Origenistarum fermento caveat. Nam cum Origenismum ab Anastasio protutum dixifit, addit: *Et quia vereor, in morum cognovit, in quibusdam adhuc vivere & pullulare venenata plantaria, illud te pio caritatis affectu premonendam putauit sancti Innocenti, qui apostolicæ cathedrae, & supradicti viri successor & filius eft, teneat fidem.* Postquam vero animarum *πονηταὶ*, & admiſſa ab iis ante vitam peccata, velut hæreticos illius characteriſtit connotavit. *Hac impia, inquit, & ſolera a doctrina olim in Aſſyrio, & Orientis partibus verſabatur, & aunc abcondit, quaſi in foreis viperarum apud plerosque verſatur, illarumque partium poluit puritatem, & quaſi hereditario malo ſerpit in pauci, ut perueniat ad plurimos.* Arque his & ſequentibus non Origenismum duntaxat, fed & hujus traducem Pelagianismum notat: magna ſiquidem doctrinæ utriusque affinitas. Unde Johannes ille microſolymitanus ſepe jam vocatus in partes, poſtquam Origenianum diu propugnavit doctrinam, in Pelagianam demum prolatus eft; nec Pelagium fovit modo, fed Hieronymi etiam Pelagiomafſigis ulciscendis studio, in diſcipularum ipſius Eustochii & Paulæ monaſteria cædibus, incendiis ac rapinis per ſubmiflos gregales ſuos graſſatus eft. At cum paulo poſt mors opprelſit, anno nimirum poſt Christum natum 416. & quadriennio poſt, ipſum quoque Hieronymum, Leo Papa ſuppar huic ætati in Epift. II. ad Julianum Coenſem Origenianæ animarum *πονηταὶ* damnationem probat & predicit. Leoni æqualis Vincentius Lirienſis, de quo in ſu- periore ſectione diximus, in libello adverſus Hærel. cap. 23. maximis Origenem afficit laudibus, quo ſplendidior eſſet ſubjecta vituperatio. Auctor Catalogi Scriptorum Ecclesiasticorum ad Desiderium, Hieronymo perperam adſcripti, Hæreticis alioqui non valde iniquis, Origenem tamen temeritatis & erroris inſimulat. Dioscorus Alexandrinus preſul apud Synodum Chalcedonensem Origeni inſimulatus eft à Theodoro Ale- xandrina Eccleſia Diacono. Refert Cyrilus Monachus, in vita S. Euthymii, maximam O- rigenistarum multitudinem in Cæſarea Palæſtina vicinia habitasse; cumque ii ad ſanctissi- F mum Abbatem Euthymium frequenter ventitarent pietatis obtenuit, vanitatem ipſorum & errorem virtum harum rerum callentifimum coarguiffe, & reluctantēs argumentis oppref- fiſſe. Memorabile vero in primis Concilii Romani, anno 496. ſub Gelasio Papa habiti decretum, ſuper Origene, ipſiusque luſcrationibus, quod eft hujusmodi: *Origenis non nulla Opuſcyla, qua vir beatus Hieronymus non repudiari, legenda ſuſcipimus: reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda.* Ad hæc vitio dat Eusebīo, quod in landibus atque excuſatione Origenis ſchismaticum conscripsit librum. Deinde ſcriptum, quo agitur de pœnitentia, Origenis apocryphum eſſe jubet. Attamen ſuppoſitoria hæc eſſe, totamque adeo Decreti hujus partem, quæ ab his verbis: *Item Decretales Epifole* ad finem uique pertinet, à Gra- tiano additam eſſe, nihilque hujusmodi in antiquis Codicibus reperiſſi affirmant nonnulli; velut Nicolaus de Cufa in libro de concordantia Catholica, cap. 3. Denique Stephanus Gobarus Tritheita reprobans Isidori Pelusiota anſam querentem Severum, Origenis-

## ORIGENIANORUM

220

mum ipsi affinxisse scribit; idcirco nempe quod Chrysostomi caussam adversus Theophilum A & Cyrillum defendisset: attamen veritate viatum resipuisse, & temere jaetata calumniam prudenter revocasse.

XXV. Nonnullos autem contrariis ductos studiis Origeniano nomini hoc tempore favisse comperio. Theodoreus Hæreticon ferieni contexens, nullum in iis Origenismum, nullos Origenistas recentissimo vero Origenem cum laude & honore appellat. Certe totis quinque annis Theodoreto vetustior Philastrius Brixiensis, qui Hæreticorum item Catalogum edidit, nullam penitus fecit Origenistarum mentionem; quod in eo tamen minus mirandum est, utpote qui Epiphanius, Hieronymi, Johannis Hierosolymitanii, Theophili, Nitriensis, & Chrysostomi altercationes etate praecesserit. Origenistas vero palam se produnt Socrates Scholasticus, & Hermias Sozomenus in Historiis suis; ita diligenter argumenta perquirunt omnia, quibus fulciri secta hæc & corroborari potest. Fuit ex eodem grege Sidonius Apollinaris, fuit & Auctor Prædestinati æqualis temporum illorum, à Jacobo Sirmondo in lucem editus, studium suum adversus Origenem præse ferens, & errores ipsius Operibus admistos, à falsariis, & librorum adulteratoribus Hæreticis intrusos & asperios fuile gnaviter contendens. Fertur etiam ex libris Origenis instrutus ad impietatem & armatus Eutyches, impurus Hæreticus, unicam in Christo naturam posuisse. Adeo diversa homines de Origenis doctrina hac tempestate sentiebant.

## SECTIO TERTIA.

I. Rursus è Palæstina monasteriis Origenismus emergit. II. Origenistas apud Iustinianum accusat Sabas, III. Origenismum possim spargunt Nonnus & Leontius; IV. & aliquando post Nonni discipuli Theodorus & Domitianus Origenismi causa crudelia multa perpetrant. V. Sarabaitæ unde dicti. VI. Origenistarum gelata Imperatori renuntiaturus Gelasius Lauræ Praeëcl<sup>s</sup>, ab ejus aditu excluditur: huic in reditu defuncto succedit Georgius Origenista, Georgio Cassianus, Cassiano Conon, orthodoxus orthodoxo. Antiochena Synodus. VII. Epistola ad Menam adversus Origenem scribit Iustinianus: VIII. cuius Epistola summa representatur. IX. Theophanis somnium, Iohannes Philoponus originizat. X. Trium Capitulorum causa aliquanto post ventilaris capta est. XI. Edictum adversus tria Capitula promulgat Imperator, unde Schismata multa oriuntur. XII. Restorescit Origenismus in Palestina. Synodus Quinta celebratur, XIII. & damnat tria Capitula. Hinc magnis motibus Ecclesia conturbatur. XIV. Virum in Quinta Synodo de Origeno actum sit. XV. Quid in ea adversus Origenem constitutum sit, exponitur. XVI. Nova in Origenismum facta odij accessio, XVII. quæ prodestitibus subinde annis paulatim obsolevit. Infensos sibi tamen nonnullos identidem Origenes nativus est, XVIII. Græculos præcipue: a Latinis vero benignius exceptus est. XIX. Oraculum divinitus editum S. Mechtildi de salute Origenis, Guidonis & Platina de Origene judicium. Hujus caussam tuentur Iohannes Picus, & Iohannes Nauclerius, Faciat ipsi quoque Iohannes Trittemius, sed citra errorum ipsius defensionem. XX. Primus Origenis Opera prælo committit Iacobus Merlinus, & pro eo Apologiam scribit, unde Massæ & Bedæ conciis appetitur. XXI. Defendunt Origenem Erasmus, Ferrarius, Sextus Senensis, Genebrardus, & Halloxius: eundem impugnant Baronius, & Bellarminus, Lutherus, & Beza: incerta Sculpi ratio: aquiores in eum se gerunt Espenæus, Posservinus, Gretserus, & Binetus.

I. **S**UPERIORES turbas, velut de compacto, multorum annorum inducæ confutæ sunt, Origenismo faventibus quidem multis, pluribus etiam adversantibus, sed utrisque vel prementibus sententiam, vel citra discordiam aperientibus: quoad è Palæstina monasteriis nova rursus dissensionis flamma erumpens, maximum in Ecclesia peperit incendium. Nam cum ex ecclesiis à S. Saba asceteris per nefas exiissent monachi quidam perduelles, & ad torrentem Thecum in Palæstina novam Lauram exstruxissent circiter annum Christi 517. reconciliatus cum illis Sabas, decorare à se & amplificatæ ipsorum Lauræ Johannem quendam præfecit. Scribit Cyrilus monachus, testis locuples, Cyrill. in vit. S. Sa- v. c. 49. 50. ut quibus locis & temporibus vixerit, morti proximum Johannem hujusmodi vaticinium edidit. Ecce veniunt dies, in quibus qui præsentem locum habitant, desiderant rectâ fide, & extolentur